



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Innocentio XI. Ad Innocentium XII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

11. Romanus Pontifex &c. Relaxatur Verissimi Archiepiscopi Inquisitoris
Generalis in Portugalliæ & Algarbiorum Regnis, & reliquorum Inquisitorum
suspensio, quam non parendo Sanctitatis suæ mandato de ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74849)

diorum
tempore
non inqui-
etandi.

Quomo-
dò in Con-
certationi-
bus Scho-
lasticis se
gerere de-
beant.

A pran-
dio cantui
chorali &
Musicae ad-
discenda
incum-
bant.

De casti-
gandis de-
linquenti-
bus.

Prædictæ
Constitu-
tiones A-
postolicæ
auctorita-
te confir-
mantur.

Et defe-
ctus sup-
plentur.

Concedi-
tur expo-
nentibus
facultas
condendi
alias Con-
stitutio-
nes, & Se-
cularia ob-
tinendi Be-
neficia.

verex excitet, multo minùs extrà proprium museum in domo vegetur, aut quocunque modo, alios inquietare, & à Studiis impedire aufit.

LX.

Concertationes Scholasticæ absque clamore nimio, qui veritatem dubii solummodò confundit, sic instituantur, ut argumentans tardè, & ordinatè sua proponat; defendens verò patienter argumentum audiens ad formam respondeat. In se invicem non invehantur, neque fervore nimio, vel irà exandescant: multo minùs unus alterum confundere, sed rei propositæ veritatem eruere conentur, & ubi illius evidentiâ, vel probabilitas constiterit, non violenter argumentum ex stimulo superbiæ intellectualis torquere præsumant, sed veritati, vel probabilitati prudenter acquiescant.

LXI.

A prandio antè initium Studiorum mediam saltem horam cantui choralis addiscendo impendent omnes, à quo nemo eximi poterit. Hunc semel edocti, vel ad cantus figurâlis, vel Musicæ instrumentalis varia exercitia pro cuiusque capacitate applicabuntur.

LXII.

In quibus quilibet privatim deliquit etiam privatim castigetur, publicâ verò delicta publica poenitentia intrâ domesticos parietes mulcentur, ut sic scandalum tollatur, & alii à similibus absterreantur.

§. 3. Nobis propterea præfati exponentes, ac etiam Dilectus Filius Abbas Pompejus de Scarlatis Dilecti Filii Nobilis Juvenis Maximiliani Emmanuelis utriusque Bavarie Ducis, Sacri Romani Imperii Principis Electoris, in Romanâ Curia Administer, tam ipsius Principis Electoris, quam Dilecti quoque Filii Nobilis Viri Ducis Maximiliani Philippi ejus Patris, & Electoris Administratoris nomine humiliter supplicari fecerunt, ut Institutum, & Constitutiones hujusmodi pro majori Religionis Catholice bono, ipsiusque Instituti decore, & augmento, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communire, & alias opportunè in præmissis providere de benignitate Apostolicâ dignaremur. Nos igitur pius eorundem Maximiliani Emmanuelis & Maximiliani Philippi Ducum votis, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere, dictosque exponentes specialis favore gratiæ prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quâvis occasione, vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum præsentium duntaxat confectionum, harum serie absolventes & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de memoratorum Cardinalium Consilio, Institutum prædictum sub immediatâ jurisdictione Ordinariorum, & directione unius Generalis Præsidis, nec non Constitutiones præinsertas, cum omnibus, & singulis in eis contentis auctoritate Apostolicâ tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 4. Præterea eisdem exponentibus alias Constitutiones, præinsertis non contrarias, pro spirituali, temporalique dicti Instituti directione ab hac Sanctâ Sede postmodum approbandas, condendi facultatem impertimur. Ac ad tollendam omnem ambiguitatem, cum dicti exponentes sint Clerici merè Seculares, omnibusque Secularis Cleri oneribus obnoxii, eosdem exponentes quorumcunque beneficiorum Ecclesiasticorum secularium capaces esse, ac proinde Canonicatus & Præbendas, Personatus, Dignitates, etiam post Pontificalem majores in Cathedralibus, etiam Metropolitanis, & Principales in Colle-

giatis Ecclesiis, nec non Parochiales Ecclesias, earumque perpetuas Vicarias, & alia quaecunque cum curâ, & sine curâ beneficia Ecclesiastica Secularia quomodolibet qualificata, quæ per Clericos Seculares obtineri consueverunt, possidere, ac consequi, & obtinere posse auctoritate, & tenore præfatis declaramus.

§. 5. Decernentes easdem præsentis Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodocunque spectabit in omnibus & per omnia plenissimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscunque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari & definiri debere, ac irritum & inane, si secus super his à quoquam quâvis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit quarumvis Ecclesiarum, aliisve quibuslibet, etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quâvis firmitate aliâ roboratis, Statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliâs in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

§. 7. Volumus autem ut, earumdem præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiasticâ Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in judicio, quam extrâ illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die septimâ Junii 1680. Pontificatus Nostri Anno IV.

J. G. SLUSIUS.

Relaxatur Verissimi Archiepiscopi Inquisitoris Generalis in Portugallie & Algarbiorum Regnis & reliquorum Inquisitorum suspensio, quam non parendo Sanctitatis Suae mandato de transmittendis quibusdam contra Christianos Novos processibus incurrerant, & certa rebus in Inquisitionis Officio gerendis norma præscribitur.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Romanus Pontifex ex commissio sibi divinitus Apostolicæ servitutis munere omnium Christi fidelium commodis jugiter invigilans, in eam præcipue curam omnibus viribus, omni que animi contentione incumbit, ut Christianæ Religionis puritas, Catholicæque fidei integritas illibata conserventur; Apostolica verò, arque hæretica pravitas opportunis rationibus ubique locorum, quantum Divina bonitas dederit, sanetur, vel saltem Apostolico vigore compescatur, & ne in perniciem animarum pretioso Christi sanguine redemptarum latius serpat, radicitus extirpetur. Hæc autem ut rectè, atque ordine fiant, nec ulla cuiquam justè querendi relinquantur occasio, salutaribus, & ex Apostolicæ sapientiæ, atque æquitatis fonte depromptis legibus exortas controversias dirimere, Tribunalium ab Apostolicâ Sede piè, prudenterque institutorum dignitati consulere, Juris rigorem mansuetudine temperare, certamque, & Christianæ charitati congruentem

Decretum
roborans
& irritans.

Deroga-
tio contra-
riis.

Trans-
umptio-
rum fides.

D. 7. Ju-
nii 1680.
Pont. An-
no quarto.

XI.

Exordium
à conser-
vanda do-
ctrina pu-
ritate &
extirpan-
dis hæresi-
bus.

rebus

rebus gerendis normam tradere studet, sicut omnibus matura discussione consideratis, ad gloriam Omnipotentis Dei, ad Ecclesiae decus & praesidium, ac ad Christi fidelium edificacionem, animarumque salutem expedire in Domino arbitrat.

§. 1. Dudum siquidem cum Dilecti Filii Christiani Novi nuncupati, sive ab Hebraeis descendentes in Portugallia, & Algarbiorum Regnis degentes, qui in carceribus Tribunalium Inquisitionis adversus haereticam, & apostolicam à Fide Catholica, & Religione Christiana pravitatem in Ulyxibonensi, Elborensi, & Conimbricensi Civitatibus auctoritate Apostolica institutorum propter imputata eis crimina ad Officium Inquisitionis huiusmodi spectantia, de quibus accusati, seu inquisiti respectively existebant, detinebantur, ad fel. recordat. Clementem Papam Decimum Praedecessorem Nostrum, & hanc Sanctam Sedem recurrissent conquirentes, bonae memoriae Petrum Archiepiscopum Sidensem, qui tunc in humanis esse credebatur, Generalem, & reliquos Inquisitores adversus haereticam pravitatem in dictis Regnis auctoritate Apostolica deputatos, seu eorum aliquos ad novum actum (ut vocant) Fidei contra ipsos, sive ad eorum condemnationem, ipsorumque ad publicè abjurandum coactionem, & in huius defectum ad diversarum poenarum inflictionem, atque executionem nimiam praecipitationem, quae iustitiae noverca esse solet, nec servatis iis, quae per Sacrorum Canonum, & Constitutionum Apostolicarum aequitatem praescripta sunt, devenire velle, non sine iustitiae subversione, ac ipsorum, totiusque eorum nationis ruinam, & destructionem.

§. 2. Idem Clemens Praedecessor, qui in supremo iustitiae throno à Domino constitutus, iustitiam omnibus aequa lance administrare tenebatur, eorumdem Christianorum Novorum recursum huiusmodi admittens, ac causam, & causas quascunque contra eos, & eorum quemlibet super criminalibus, & delictis ad Officium Inquisitionis huiusmodi quomodolibet spectantibus in praefatis, aliisque Tribunalibus quibuscunque adversus haereticam, & Apostolicam pravitatem praedictam in supradictis Regnis dicta auctoritate institutis, seu eorum aliquo quatenus quovis modo motas, & pendentes in statu, & terminis, in quibus tunc quomodolibet reperiebantur, ad se, & Sedem praedictam avocans, ipsasque causas, cum omnibus, & singulis illarum incidentibus, emergentibus, innexis, & connexis, totoque negotio principali per Congregationem Venerabilium Fratrum Nostrorum, tunc suorum, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, in tota Republica Christiana Generalium Inquisitorum adversus haereticam, & Apostolicam pravitatem huiusmodi à Sede praedicta specialiter deputatorum, cui easdem causas commiserat, & demandaverat, audiri, cognosci, decidi, sineque debito prout juris foret, terminari debere omnino volens, per quasdam suas in simili forma Brevis die tertia Octobris 1674. expeditas Litteras, motu proprio ac ex certa scientia, & matura deliberatione suis, deque Apostolica potestatis plenitudine, memorato Archiepiscopo Inquisitori Generali, ac reliquis Inquisitoribus praedictis districtè inhibuit, ne in causa, & causis huiusmodi, in praedicta Cardinalium Congregatione pendentibus, aut aliis quomodolibet, donec, & quousque specialis, & expressa desuper ab ipso Clemente Praedecessore, & eadem Sede licentia eis concessa fuisset, ad ullum similem actum (ut vocant) fidei, ullamve publicationem, promulgationem, aut executionem novarum sententiarum quarumcunque contra praedictos Christianos Novos, ut praefertur, inquisitos, seu accusatos, vel denunciatos, & in carceribus praedictis detentos, aut illorum aliquem devenire illo modo auderent, neque ipsi, aut eorum aliquis, seu ipsorum & cuiuslibet eorum respec-

tive Consilarii, Commissarii, Procuratores, Fiscales, Assesores, Notarii, Actuarii, caeterique Officiales, & Ministri contra ipsos, aut eorum quemlibet, illorumve, & cuiuslibet eorum respectively Advocos, Procuratores, Sollicitatores, Agentes, seu negotiorum gestores, aut alias quomodolibet pro eis intervenientes quovis modo directè, vel indirectè, seu aliis quomodolibet quicquam novi attentare, vel innovare praesumerent.

§. 3. Ipse enim Clemens Praedecessor eisdem Generali, & reliquis Inquisitoribus, eorumque, & cuiuslibet eorum respectively Consiliariis, Commissariis, Procuratoribus, Fiscalibus, Assessoribus, Notariis, Actuariis, caeterisque Officialibus & Ministris praedictis in virtute Sanctae Obedientiae directè praecipit & mandavit, ut quibuscunque mandatis, ordinationibus, & Decretis dictae Congregationis Cardinalium in causa seu causis huiusmodi eatenus forsitan emanatis, & in posterum usque ad finem, & terminum earundem causarum quomodolibet emanaturis, omni morâ, dilatione, tergiversatione, oppositione, & contradictione postpositis, & remotis, promptè, sicut devotos dictae Sedis filios decet, parerent, nec illa, eorumve executionem quomodolibet impedire, aut illis in iudicio, vel extra illud se opponere, aut contradicere ullo modo auderent, seu praesumerent: Alioquin dictus Petrus Archiepiscopus Inquisitor Generalis suspensionis ab Exercitio Pontificalium, & interdicti ab ingressu Ecclesiae, ac privationis muneris Inquisitoris Generalis, reliqui vero Inquisitores praedicti eorumve respectively Consilarii, Procuratores, Fiscales, Commissarii, Assesores, Notarii, caeterique Officiales, & Ministri Excommunicationis latae sententiae, ac privationis Officiorum quomodocunque ad Tribunal Sancti Officii spectantium poenas ipso facto, & absque ulla declaratione se respectively novissè incurfuros; à quibus absolutionem idem Clemens Praedecessor sibi, & dictae Sedi Apostolicae specialiter reservavit.

§. 4. Verùm subindè dicto Clemente Praedecessore rebus humanis exempto, cum Nos Venerabilem Fratrem Verissimum Archiepiscopum olim Braccarensem haereticam, & Apostolicam pravitatis huiusmodi Inquisitorem Generalem in Portugallia, & Algarbiorum Regnis supradictis cum solitis facultatibus in locum praedicti Petri Archiepiscopi defuncti constituissemus, & deputassemus; causa vero, seu causa praedicta in supradicta Cardinalium Congregatione adhuc penderent; Nos Decretis quibusdam provisionalibus ab eadem Congregatione Cardinalium in causa recursus huiusmodi antea emanatis, & à praedicto Clemente Praedecessore approbatis, à quibus recedere nullo modo intendebamus, inhaerentes, ipsaque Decreta renovantes, & donec ea, quae super dubiis propositis decernenda Nobis visa fuissent, statuissemus, omnino observari praecipientes, de praedictorum Cardinalium consilio per quasdam Nostras pariter in forma Brevis die 18. Novembris 1676. emanatas Litteras Venerabili Fratri Marcello Archiepiscopo Calcedonensi in Portugallia, & Algarbiorum Regnis praedictis Nostris, & dictae Sedis Nuncio dedimus in mandatis, ut inhibitionem à memorato Clemente Praedecessore per suas Litteras praecedaneas, sicut praemittitur factam in omnibus ejus partibus auctoritate Nostra Apostolica ita moderaretur, & reformaret, ut Verissimo Archiepiscopo Generali à Nobis deputato, & reliquis Inquisitoribus praedictis contra supradictos Christianos Novos nuncupatos in dictis carceribus, ut praefertur, detentos, servato juris ordine, ac juxta æ-

lisque Decretorum dictae Congregationis observantiam injungit.

Sub poena Excommunicationis & privationis Officiorum.

Clemente defuncto Verissimus Archiepiscopus Inquisitor Generalis constitutus.

Clementis inhibitionem S. Sedis Nuncius ad Sanctitatis Suae mandatum moderatur.

Cum no-
va inhibi-
tione ulti-
mi suppli-
cii, trire-
mum perpe-
tuum & Con-
fiscationis
bonorum.

Et per-
missione
proceden-
di contra
Christia-
norum No-
vorum
Procura-
tores Ad-
vocatos
&c.

Sanctita-
tis suae
mandatum
ad Inquisi-
torem Ge-
neralem de
transmit-
tendis qui-
busdam
processi-
bus.

Ejus ino-
bedientia
& nullius
momenti
excusatio-
nes.

Novum
Sanctitatis
suae man-
datum de
confignan-
dis Nun-
cioque tra-
dendis
processi-
bus.

quitatis, & iustitiae regulas liceret procedere ad poenas, & animadversiones debitas, praeterquam ultimi supplicii, triremium perpetuum, & confiscationis bonorum, à quibus eos, & eorum quemlibet, donec & quousque à Nobis, & Sede praedicta aliter dispositum fuisset, omnino abstinere volumus: Ac proinde eisdem Verissimo Archiepiscopo Generali, & reliquis Inquisitoribus, illorumque, & cujuslibet eorum respectivè Commissariis, Consiliariis, Procuratoribus, Fiscalibus, Assessoribus, Notariis, Actuariis, ceterisque Officialibus, & Ministris dicta auctoritate districtè, & sub poenis, quae in praedictis Clementis Praedecessoris Litteris expressae sunt, denudè inhiberet, ne contra eosdem Christianos Novos in carceribus huiusmodi detentos, aut eorum aliquem interea ad ultimi supplicii, vel triremium perpetuum, aut confiscationis bonorum huiusmodi poenas procedere auderent quovis modo, seu praesumerent.

§. 5. Praeterea ipsi Marcello Archiepiscopo, & Nuncio facultatem tribuimus eadem auctoritate permittendi Verissimo Archiepiscopo Generali, reliquisque Inquisitoribus praedictis, ut prout iustitia exigeret, & ordo posceret rationis, procedere possent, etiam contra praedictorum Christianorum Novorum, in dictis Carceribus detentorum Procuratores, Advocatos, Agentes, seu negotiorum gestores, & alias quomodolibet pro eis intervenientes, dummodo tamen non posset subesse suspicio hoc fieri in odium recursus supradicti, ad hanc Sanctam Sedem habiti, & ab eadem Sede admissi, ad quem effectum dicti Inquisitores Acta talium processuum eidem Marcello Archiepiscopo, & Nuncio ad ejus beneplacitum communicare tenerentur.

§. 6. Sed cum Nos postmodum gravissimis ex causis adducti omnino oportere existimasset, ut quidam processus in Tribunali Inquisitionis adversus haereticam pravitatem huiusmodi in dictis Regnis auctoritate Apostolica instituto, contra nonnullos praetensos Judaizantes expediti & terminati, in quibus etiam ipsorum assertorum Judaizantium tanquam negativorum condemnationem in poenam ordinariam contineri dicebatur, apud hanc Sanctam Sedem inspicerentur, dictoque Verissimo Archiepiscopo Inquisitori Generali Nostro nomine mandari curasset, ut eosdem processus ad Nos, & Sedem eandem quam primum transmitteret. Ipse vero nonnullas rationes coram Nobis allegari curavisset, quibus se ab illorum transmissione excusare satagebat; sed Nos omnibus, quae ejus nomine super ea re, deducta fuerant, auditis, consideratis, & mature perpensis, illa omnia, & singula irrelevantia, nulliusque ponderis esse judicavimus, ac proinde in priori mandato, quo processus praedictos transmitti praeceperamus, perstitimus, quinimo ipsi super ea re cum Venerabili etiam Fratre Ludovico Archiepiscopo Bracharense pro Dilectissimo in Christo Filio Nostro Petro Principe Portugalliae, & Algarbiorum Regnorum praedictorum Gubernatore apud Nos, & Sedem praedictam Oratore pluries egissemus, haecque enixa Nostra voluntas tam dicto Petro Principi & Gubernatori, quam praedicto Verissimo Archiepiscopo Inquisitori Generali, & nonnullis Regiae Coronae Lusitanicae Administris jussu Nostro per supradictum Marcellum Archiepiscopum, & Nuncium Nostrium pluries quoque significata extitisset, nec tamen aequissimis praecipis, & mandatis Nostri huiusmodi eatenus paritum fuisset, nec adhuc pareretur.

§. 7. Nos ejusmodi contumaciam, quae non minus in Nostrium, & huius Sanctae Sedis contemptum, quam in iustitiam, & ordinem, quem in sancta sua Ecclesia constituit Deus, subversionem tendere dignoscebatur, opportunis rationibus compescere, debitamque Nostri, & Apostoli-

cae Sedis mandatis obedientiam omnino praestari volentes, per alias Nostrias similiter in forma Brevis Litteras die 24. Decembris 1678. expeditas, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione Nostri, deque Apostolicae potestatis plenitudine memorato Verissimo Archiepiscopo Inquisitori Generali districtè praecipimus & mandavimus, ut intra terminum decem dierum à die, quo eadem Litterae Nostre ipsi per praedictum Marcellum Archiepiscopum, & Nuncium praesentatae fuissent, computandum, quatuor, vel quinque processus originales in Tribunali supradicto contra Reos de Judaismo inquisitos, seu accusatos, vel denunciatos, qui etiam tanquam negativi in poenam ordinariam condemnati fuerant, iam finitos, & terminatos, in manibus ejusdem Marcelli Archiepiscopi, & Nuncii realiter, & cum effectu consignasse, & tradidisse omnino deberet: Alioquin elapso dicto termino, nec secuta effectiva consignatione processuum huiusmodi, eo ipso tam eundem Verissimum Archiepiscopum ab officio Generalis Inquisitoris in Regnis praedictis ei per alias priores Nostrias in simili forma Brevis Litteras demandato, omnique & quacunque auctoritate sibi per easdem Litteras quomodolibet attributa, quam omnes, & singulos alios Inquisitores in eisdem Regnis ab ipso Verissimo Archiepiscopo ejusque Praedecessoribus Inquisitoribus Generalibus respectivè electos, seu Deputatos, vel confirmatos, à suis pariter muneribus, omnique potestate agendi, seu procedendi, aut alias quomodolibet se ingerendi in causis ad Sanctum Inquisitionis Officium in praedictis Portugalliae, & Algarbiorum Regnis quovis modo spectantibus, donec, & quousque aliter à Nobis, & Sede Apostolica praedicta dispositum, vel ordinatum fuisset, ex tunc prout ex illo tempore penitus, & omnino suspendimus, ac ipso facto suspensos fore, irritumque, & inane si quid subinde desuper tam à dicto Verissimo Archiepiscopo, quam ab aliis Inquisitoribus praedictis, vel eorum aliquo quomodolibet, & quavis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contigisset, & tam ipsum Verissimum Archiepiscopum, quam ceteros omnes, & singulos Inquisitores praedictos, si praecceptum Nostrium huiusmodi transgredi, aut alias quomodolibet Litteris Nostri, quibus praecceptum ipsum fiebat, contravenire ausi fuissent, ipso facto in poenas Canonicas, ipsum quidem Verissimum Archiepiscopum Inquisitorem Generalem in poenam interdicti ab ingressu Ecclesiae, ceteros vero Inquisitores praedictos in excommunicationem majorem respectivè absque alia declaratione incursum esse, eidem ex tunc prout ex illo tempore decrevimus, & declaravimus: Absolutionem autem ab iisdem poenis Nobis, & huic Sanctae Sedi specialiter referavimus.

§. 8. Porro nec praetextum impeditae forsan eidem Verissimo Archiepiscopo Inquisitori Generali consignationis processuum huiusmodi, nec ullam aliam excusationem, praetextum, causam, vel impedimentum, etiam non expressum, ac de necessitate specialiter exprimendum illi, ceterisque Inquisitoribus supradictis, si eisdem Litteris Nostri in omnibus, & per omnia promptè, & accuratè non paruisent, ullo modo suffragari posse volumus, quo minus tam ipse Verissimus Archiepiscopus, quam dicti Inquisitores, sicut praemittitur, suspensi remanerent ab omni, & quacunque facultate, & auctoritate se ingerendi in causis supradictis; quarum cognitionem, durante suspensione huiusmodi, & interim ad Nostrium, & dictae Sedis Apostolicae beneplacitum commissimus, & demandavimus locorum Ordinariis, prout ejusmodi causarum cognitio, ante institutionem Officii Sanctae Inquisitionis huiusmodi auctoritate Apostolica in Lusitania factam ad eos pertinebat; Qui Ordinarii proinde in eisdem cau-

Sub poe-
na priva-
tionis of-
ficiorum,
interdicti
ab ingressu
Ecclesiae
& Excom-
municatio-
nis ma-
joris.

Non ob-
stante
quovis im-
pedite
consigna-
tionis pra-
textu.

Causarum
cognitio
durante
suspensio-
ne loco-
rum Ordi-
nariis
commissa.

sis juxta Juris Communis regulas, ac sacrorum Canonum, & Constitutionum Apostolicarum dispositionem procedere deberent. Nos enim ipsis Ordinariis sic in causis hujusmodi procedendi quamcumque necessariam, & opportunam facultatem, donec, & quousque à Nobis, & Sede prædicta aliter ordinatum fuisset, dumtaxat duraturam, earumdem Litterarum serie tribuimus, & impertiti sumus.

§. 9. Et successivè per Nos accepto, quod idem Verissimus Archiepiscopus olim Inquisitor Generalis mandato, & præcepto Nostri super consignatione dictorum processuum sibi factis non parauisset, & proinde tam ipse, quam ceteri olim Inquisitores prædicti suspensionem à suis respectivè muneribus præfatis, omnique potestate, & auctoritate agendi, seu procedendi, aut alias quomodolibet se ingerendi in causis ad Sanctum Inquisitionis Officium quovis modo spectantibus, incurrisse reperirentur: Nos ista ad omnium, quorum intererat, & in futurum interesset, noticiam, ne quis illorum ignorantia forsan deciperetur, deduci volentes, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus per alias Nostras etiam in forma Brevis die 27. Maij, 1679. emanatas Litteras memoratum Verissimum Archiepiscopum olim Inquisitorem Generalem ceterosque olim Inquisitores prædictos ob non præstitam mandato, & præcepto Nostri hujusmodi circa consignationem processuum supradictorum in manibus prædicti Marcelli Archiepiscopi & Nuncii, ut præfertur faciendam, in termino supra expresso debitam paritionem, eo ipso supradictam suspensionem incurrisse, ac proinde statim elapso termino hujusmodi eos omnes & singulos, nullam omnino in materiis ad Sanctum Inquisitionis Officium quomodolibet pertinentibus jurisdictionem habuisse, nec tunc habere, & propterea omnia, & singula per eisdem gesta post incursum dictæ suspensionis, & si quæ forsan per eos in posterum agerentur in materiis Sancti Officii hujusmodi ob defectum jurisdictionis penitus & omnino nulla, & invalida fuisse, & esse, ac fore declaramus.

§. 10. Quinimò cum à nonnullis assereretur, eundem Verissimum Archiepiscopum olim Inquisitorem Generalem, ceterosque olim Inquisitores prædictos, seu eorum aliquos post incursum suspensionis hujusmodi jurisdictionem in materiis ad Sanctum Inquisitionis Officium prædictum spectantibus nulliter & de facto exercere præsumpsisse, & forsan adhuc præsumere, penas in Litteris Nostri prædictis expressas, aliasque, à Sacris Canonibus, & Constitutionibus Apostolicis contra similia perpetrantes impositas damnabiliter incurrendo: Nos ejusmodi excessus minimè impunitos remanere, sed debitam animadversione castigari, Ideoque exactam, & accuratam desuper informationem capi volentes, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine similibus per alias Nostras itidem in forma Brevis eadem die 27. Maij 1679. expeditas Litteras memorato Marcello Archiepiscopo, & Nuncio causam, seu causas eorundem excessuum, seu delictorum eatenus in præmissis quovis modo commissorum, & eorum, quos, & quæ forsan in posterum committi contingeret, contra prædictum Verissimum Archiepiscopum olim Inquisitorem Generalem, ceterosque omnes, & singulos olim Inquisitores prædictos, cum illius, seu illarum incidentibus, emergentibus, annexis, & connexis usque ad sententiam definitivam exclusivè commissimus, & demandavimus; mandantes ipsi Marcello Archiepiscopo & Nuncio, ut omni diligentia processum, seu processum desuper quomodoli-

bet necessarios & opportunos, auctoritate Nostri Apostolicæ formaret & conficeret, seu formari, & confici curaret. Si quid autem contra illos resularet, informationes, ac processum, seu processum hujusmodi sub suo sigillo clausos ad Nos quam primum transmitteret, ut quod desuper statuendum foret, maturâ deliberatione adhibita decerneremus, & alias prout in singulis Nostri, & memorati Clementis Prædecessoris Litteris prædictis, quarum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis haberi volumus, uberius continetur.

§. 11. Cum autem tandem duo ex prædictis processibus, quos in manibus supradicti Marcelli Archiepiscopi & Nuncii, sicut præmittitur, consignari præceperamus, ex Lusitania ad memoratum Ludovicum Archiepiscopum dicti Petri Principis, & Gubernatoris Oratorem apud Nos, & Sedem prædictam residentem transmissi, & Congregationi supradictorum Cardinalium Generalium Inquisitorum, jussu Nostro traditi, ac ab illâ inspecti & discussi fuerint, indeque sufficiens habita fuerit notitia, seu informatio illorum, de quibus edoceri cupiebamus; Ipsi verò Cardinales, habitis inter se multis congressibus super querelis supradictorum Christianorum Novorum, ac gravaminibus, quæ sibi inferri asserabant, querelas, & gravamina hujusmodi, variasque scripturas à partibus, & præsertim à Dilecto Filio Hieronymo Suarez uno ex minoribus Inquisitoribus dictorum Regnorum, qui pro tuendis juribus, & stylis Tribunalis Sanctæ Inquisitionis eorundem Regnorum ad hanc Almam Urbem venit, in eaq̃ue de præfenti residet porrectas diligentissimè, & accuratissimè discussissent & examinaverint, sed interea cessante propter suspensionem supradictam jurisdictione ejusdem Tribunalis, locorum Ordinarii, quibus durante suspensione hujusmodi in causis ad prædictum Inquisitionis Officium spectantibus procedendi facultatem sicut supra expressum est, tribueramus, ejusmodi facultate propter varia impedimenta usi non fuerint; Inde verò gravissimum puritati Catholice Religionis in Regnis prædictis detrimentum, sive periculum sit exortum, nec minus præjudicium animabus & corporibus miserabilium illorum, qui in carceribus Tribunalis prædicti detinentur, resultaverit, moleste id etiam ferentibus Verissimo Archiepiscopo Generali, aliisque Inquisitoribus prædictis, ac illorum Officialibus & Ministris, qui (sicut accepimus) Nostri, & Apostolicæ Sedis prædictæ mandatis filiali, sincereque obsequio promptè morem in omnibus gerere parati sunt.

§. 12. Hinc est, quod Nos Christianæ Religionis, Catholiceque Fidei conservationi, quantum Nobis ex alto conceditur, consulere, ac dicti Tribunalis, illiusque Ministrorum, & Officialium statui & felici directioni, nec non Christianorum Novorum prædictorum consolationi, publicæque omnium utilitati paterna charitate providere cupientes; Habita super præmissis cum memoratis Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus deliberatione matura, exquisitisque, & auditis illorum sententiis, motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione Nostri, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Verissimo Archiepiscopo, olim Generali, ceterisque olim Inquisitoribus prædictis, suspensionem à Generalis Inquisitoris, aliisque suis respectivè muneribus, omnique potestate agendi, seu procedendi, aut alias quomodolibet se ingerendi in causis ad Sanctum Inquisitionis Officium in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis prædictis quovis modo spectantibus in eos à Nobis latam & declaratam, ut præfertur, ita ut ipsi de cætero munera sua exercere, ac facultatibus sibi respectivè attributis, & competentibus uti,

Duo tandem ex dictis processibus transmissi.

Et à Cardinalium Congregatione una cum Christianorum Novorum querelis discussi.

Quare dicta Generalis & reliquorum Inquisitorum suspensio relaxatur.

Generalis & reliqui Inquisitores in dictam suspensionem incurrisse declarantur.

Delictorum post incursum commissorum cognitio Nuncio demandata.

Facultas
cogno-
scendi cau-
sas Ordina-
rii ante con-
cessam revoca-
tur.

Et in pri-
mum pla-
ne itatum
Inquisito-
res reiti-
tuuntur.

Dispen-
satur de ir-
regularita-
te durante
foran su-
spensione
contracta.

Decretum
de obser-
vandis cir-
ca confi-
sationem
bonorum.

De Inqui-
sitorum
carcera-
tione.

De jure
Advoca-

frui, & gaudere liberè, & licitè possint, & valeant in omnibus, & per omnia, prout poterant, & valebant, antequam suspensionem prædictam incurrerent (servatis tamen infra scriptis legibus, & ordinationibus) tenore præsentium de specialis dono gratiæ relaxamus; facultatem verò prædictis locorum Ordinariis durante suspensione hujusmodi cognoscendi causas ad prædictum Inquisitionis Officium quomodolibet spectantes, in eisque procedendi à Nobis, sicut præmittitur concessam ex nunc revocamus, irritamus, & annullamus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuumus, ipsosque Ordinarios locorum iis tantum facultatibus, quibus ante eandem suspensionem utebantur, & uti poterant, de cætero uti posse decernimus & declaramus.

§. 13. Ac Verissimum Archiepiscopum, cæterosque Inquisitores prædictos, ac illorum respectivè Officiales, & Ministros quoscunque adversus præmissa, & præjudicialia quæcunque eis exinde quomodolibet enata in integrum, & pristinum, & eum, in quo antequam suspensio hujusmodi emanaret, quomodolibet respectivè erat, statum restituimus, reponimus & plenariè reintegramus; Illosque, & eorum quemlibet à censuris & poenis Ecclesiasticis quibuscunque, quas propter præmissa, seu illorum occasione foran quovis modo incurrerunt, seu incurrisse dici, censi, intelligi, vel præcendi possent, auctoritate Apostolicâ harum serie in utroque Foro absolvimus, & totaliter liberamus, dictasque poenas eis, & eorum cuilibet gratiosè remittimus, & condonamus.

§. 14. Nec non cum ipsis omnibus, & singulis super irregularitate per eos, qui à censuris hujusmodi propter præmissa foran innodati, Sacrosanctum Missæ Sacrificium, & alia Divina Officia (non tamen in contemptum Clavium) celebrarunt, seu alias Divinis sese ingesserunt, aut in Ordinibus suis quomodolibet ministrarunt, seu alias quovis modo eorundem præmissorum occasione contracta, ad quemcunque effectum, etiam specificâ, & individua mentione dignum, & de necessitate specialiter exprimendum, itidem de specialis dono gratiæ dispensamus.

§. 15. Porro certam rebus in prædicto Inquisitionis adversus Apostaticam, hæreticamque pravitatem Officio in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis supradictis auctoritate Apostolicâ instituto de cætero gerendis normam in causis fidei, & præsertim contra Christianos Novos motis, & quandoque movendis, inviolabiliter servandam tradere volentes, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus earundem tenore præsentium statuimus, sancimus, decernimus & ordinamus, ut de cætero confiscatio nunquam fiat antè sententiam, vel declaratoriam, nec bona interim præfensi Rei quæcunque de causâ distraherentur, præterquam ex causâ alimentorum; sed tantum confiscatur Inventarium omnium bonorum, cum interventu personæ cum Inquisito conjunctæ, & bona prædicta cum debitâ cautione eidem personæ conjunctæ, vel alteri idoneæ, in formâ depositi consignentur, ex quibus alimenta toti familiæ ejusdem Inquisiti subministrantur, & legitimis creditoribus prout de jure satisfiat. Et si in confectioe Inventarii inveniantur bona, seu pecunie ad alios spectantes, hoc summarè justificato illi cõ restituantur. Post sententiam verò bona emphyteutica, seu fideicommissaria, aut alias quomodolibet subjecta restituantur quibus de jure: Et his peractis, Fiscus utatur jure suo.

§. 16. Nec deveniatur ad carcerationem Inquisiti, nisi præcedentibus legitimis indiciis, & prout de jure; neque detineantur carcerati ultra necessitatem sub quovis prætextu, sed quàm citius fieri possit expediantur, non expectato actu publico, quem vocant actum fidei.

§. 17. In juramento autem, quod defertur

Advocato Reorum Sancti Officii non ponantur illa verba *se per congeturam*, vel alia idem importantia. Idem verò Advocatus Sancti Officii possit alloqui Reos sine assistentiâ, & eidem tradatur copia processus, suppressis nominibus, & circumstantiis denotantibus personas Testium. Quod si Reus alium Advocatum petat, ei concedatur, dummodo sit bonæ famæ, cui pariter (præfesto prius juramento de secreto servando) tradatur copia processus, suppressis suppressendis, prout supra; non tamen illi permittatur alloqui Reos, nisi cum assistentiâ Deputati ab Inquisitoribus ad hunc finem, & effectum.

§. 18. Christiani Novi non habentes exceptiones legales, admittantur ad deponendum in defensionem Reorum. Quo verò ad probationes negativæ coactatæ, procedatur juxta Juris dispositionem, & Canonicas Sanctiones; nec Tutor, seu Curator, quibus de jure dandus est, ullo modo detur Custos carcerum, neque alius Officialis Sancti Officii, sed deputetur alia persona gravis, fidelis, & bonæ conscientiæ. Prohibeantur autem omnino quæcunque suggestiones, concussiones, promissiones, & similia in examinibus Testium, & Reorum constitutis; nec ex descendentiâ sanguinis Hebræi ulla deduci possit probatio Judaismi contra talem descendentem; Imò nec ex ipsa sola descendentiâ ulla præsumptio sufficiens ad actum judicalem. Si autem carcerati non veniant condemnandi, nullo modo compellantur ascendere pascum; & si non fuerint reperti culpabiles, non retardetur eorum expeditio, sed illico relaxentur, etiam non expectato actu publico, quem vocant actum fidei. Neque Christiani Novi ex solâ qualitate repelli debeant à testimonio ferendo contra Christianos veteres: Et tollatur omnino Statutum, seu consuetudo, si adsit, puniendi Christianos Novos ex eo, quod deposuerint contra Christianos veteres. In illis autem casibus, in quibus potest constare de corpore delicti facti permanentis, procedi non possit ad constituendum Inquisitum inter Reos, nisi prius de illo legitime constiterit. Nec sit habendus pro diminutore, qui in sua confessione non nominat Testem informatum, qui tanquam purus Iellus contra ipsum deposuit, quantumvis sibi conjunctum in quocunque gradu. Confessus autem in causis Apostasiæ à fide, qui non nominavit sibi conjunctum in primo gradu ejusdem delicti complerem, non sit habendus pro diminuto, nisi copulativè concurrant plena, & legitima probatio dictæ complicitatis, dolosa oculatio prædicti complicitis, & nulla urgeat in ipso Reo confessio oblivionis præsumptio. Quod si Reus, qui post suam confessionem de ceremoniis Judaicis in observantiam Legis Moysis ab ipso factis tempore, quo in illam credebatur, non fuerit convictus à Testibus legalibus, sive idoneis, denuò repetisse easdem ceremonias Judaicas, quas in novis Constitutis negaverit, non sit damnandus ad poenam ordinariam, & multò minus si ceremoniæ illæ essent æquivocæ, & indifferentes. Testes verò loco, & tempore singulares, testes tamen in specie hæresis determinatæ, & Apostasiæ à fide, admitti possint ad testificandum contra Inquisitos de Judaismo in Regno Lusitanæ, juxta illius antiquissimam consuetudinem, & ex nonnullis aliis circumstantiis in eodem Regno in fidei favorem concurrentibus, dummodo tamen sint plures in numero, & in qualitate considerabiles, idonei, fidedigni, legales, & quales de jure esse debent, atque insimul concurrentibus verisimilibus conjecturis, & attentis atque diligenter examinatis aliis circumstantiis, & qualitate eorum, contra quos deponitur, sic testificantes, ut falsa non dicere præsumantur. Testes autem singulares, deponentes inverisimilia, & impossibilia nullum gradum probationis faciant. Por-

torum utriusque partis.

De reliquis quæ circa Christianos Novos inquirendos, accusandos, expediendos, Testes examinandos &c. veniunt observanda.

rò repetitio Testium sit omnino necessaria post litem contestatam cum citatione, scilicet cum notitia Rei, & Interrogatoris dandis per Procuratorem ipsius Rei, seu ex Officio supplendis, alias eorum depositiones non efficiant. Testes quoque deponentes de iudiciis remotis confessionis extrajudicialis Judicis non probent ad effectum condemnandi negativum ad penam ordinariam. Quam verò probationem faciant prædicti Testes, quoad alias penas, vel alios effectus, remittitur conscientiae, & prudentiae Judicis Ecclesiastici timentis Deum. Confessiones autem extortæ contra formam Juridicam, vel per suggestionem, vel promissionem vitæ, & liberationis seu generales, aut obscuræ, seu repugnantes ætati, sexui, & intellectui consistentes, non sufficiant contra negativum pro pena ordinariam, & nisi aliunde legitime adminiculentur prædictæ confessiones, nullam probationem faciant. Carcerati vero charitative tractentur, & illis assignentur carceres minus rigidi, & non tam obscuri. Ac demum carceratis in Sancto Officio, sive confessis, sive non, permitti possint libri spirituales, & Officium Beatæ Mariæ Virginis, vel Breviarium modis opportunis, & eisdem carceratis dentur Confessarii, & assistentes in articulo mortis: Quoad Sacramentum vero Eucharistiæ, & extremæ Unctionis, arbitrio & conscientia Judicis ut supra id remittimus.

Injungi-
tur præsen-
tium ob-
servantia.

Sub pœ-
nâ sæpius
memorata.

Decretum
super ob-
servativis.

§. 19. Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ prædicto Verissimo Archiepiscopo moderno, & pro tempore existentibus Inquisitoribus Generalibus, cæterisque Inquisitoribus præsentibus, & quandocunque futuris dictorum Regnorum Portugalliæ, & Algarbiorum, ac illorum, & cujuslibet eorum respectivè Ministris & Officialibus quibuscunque, ut omnes, & singulas leges, & ordinationes suprascriptas inviolabiliter, ac exactè, & accuratè in omnibus, & per omnia observent, & ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit pariformiter observari curent, & faciant. Alioquin Inquisitor quidem Generalis interdicti ab ingressu Ecclesiæ, cæteri verò Inquisitores, ac Officiales, & Ministri prædicti excommunicationis majoris lætæ sententiæ penas respectivè ab iis, qui quo quomodo contraverint ipso facto, absque alia declaratione incurrendas, à quibus relaxationis, seu absolutionis beneficium à nemine, præterquam à Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente (nisi in mortis articulo constituti) obtinere valeant, se noverint incursumos.

§. 20. Ac decernentes ipsas præsentis Litteras, & in eis contenta quæcunque, etiam ex eo, quod præfati, & alii quilibet, cujuscunque status, gradus, ordinis, præminentia, & dignitatis existant, in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, etiam specificæ, & individua mentione, & expressione digni, ad ea vocati, citati, & auditi, seu causæ, propter quas eædem præsentis emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, & justificatæ non fuerint, aut ex alia quacunque, etiam quantumvis juridicâ, piâ, & privilegiatâ causâ, colore, prætextu & capite, etiam in corpore Juris clauso, etiam enormis, enormissimæ & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vicio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensu, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, formali, & substantiali, ac inexcogitato, & inexcogitabili, individuumque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, modificari, limitari, in contrarium vocari, aut ad terminos Juris reduci, seu adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum aliudve quodcunque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis penitudine paribus concessio, vel emanato quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu

se juvare ullo modo posse, sed easdem præsentis Litteras semper, & perpetuò firmas, validas, & efficaces existere & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter, & inconcussè observari, & adimpleri, & illis respectivè in omnibus, & per omnia plenissime suffragari.

§. 21. Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis censei, atque ita per quoscunque Judices Ordinarios & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ prædictæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, dictæque Sedis Apostolicæ Nuncios, & alios quoslibet, quacunque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublarâ eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attantari.

§. 22. Non obstantibus Litteris supradictis, aliisque præmissis, ac quatenus opus sit Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quasi non tollendo, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, nec non Tribunalis prædicti, & aliis quibuscunque, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, stylis, ulibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis, etiam in favorem fidei, & dicti Tribunalis, ac Regnorum prædictorum, nec non Inquisitorum, aliarumque personarum quarumlibet, etiam specificæ, & individua mentione, & expressione dignarum, sub quibuscunque verborum tenoribus & formis, ac cum quibuscunque, etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac ad quarumcunque personarum, etiam Regia, aliave qualibet mundana, vel Ecclesiastica Dignitate fulgentium instantiam, seu earum contemplatione, etiam consistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium præmissorum in genere, vel in specie concessis, ac pluries, & quantiscunque vicibus confirmatis, iteratis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specificæ, expressæ, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi præsentibus pro plenè & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum inferis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogemus, & derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscunque.

§. 23. Volumus autem, ut Inquisitores, & alii prædicti penitentiam, quam eis Sacerdos idoneus propter præmissa respectivè imposuerit, omnino adimpleant, alioquin præsentis Litteræ quoad absolutionem in foro conscientia eis minime suffragentur.

§. 24. Utque earundem præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides, tam in iudicio, quam extra illud, ubique locorum habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si exhibitæ forent, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 22. Augusti 1681. Pontificatus Nostri anno quinto.

Sumptum ex minuta Originali Brevium Secretorum fel. rec. Innocentii PP. XI. Collatum concordat. Loco † Sigilli.

J. G. SLUSIUS.

Clausula
sublata &
Decretum
irritans.

Derogatur
contrariis.

Adimplen-
da pœni-
tentia Sa-
cerdote
imposita.

Trans-
umptori
fides.

D. 22. Au-
gusti Pon-
tif. Anno
quinto.